



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 57. An è contra præter hactenus dicta sit etiam aliunde specialis obligatio quandoque sequendi probabilem relictâ probabiliore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

catis & petere novam absolutionem &c. Quamvis autem tutius sit in articulo mortis ista facere, tamen non esset tutius sed periculosius, judicare se ad id obligari, uti ibi probabitur, ergo dicendum est esse tantum consilii, ut in eo articulo quantum fieri potest, sequamur etiam materialiter tutiora, quia nempe hoc ipsum valde gratum est Deo, nolle etiam materialiter agere contra ullam ipsius voluntatem.

Q. 37. An è contrà, præter hætenus dicta, sit etiam aliunde specialis obligatio quandoque sequendi unam probabilem relictâ probabiliore vel aliâ similiter probabili. R.

§ I. Dixi à n. 432. ad hoc specialiter obligari subditum; & à n. 443. etiam Confessarium, nunc addo universaliter, quod quivis, qui licite potest, teneatur sequi probabilem relictâ probabiliore, si hoc postulet salus vel emolumentum, præsertim spirituale, proprium vel alienum, ea enim est lex charitatis, ut mihi & proximo profum, ubi licite & commodè possum: v. g. si sequendo sententiam minùs probabilem impedire possim aliquod peccatum proximi, ad id teneor ex charitate, quia id licite possum, secundum dicta à n. 268. & etiam commodè possum, uti supponitur.

§ II. Docent præterea Gob. & Lohney esse specialem obligationem sequendi minùs probabilem in his casibus, nempe si agatur de valore Matrimonii, uti habent plurimi Theologi & Juristæ cum Sanch. de matr. l. I. d. 18. n. 7. Item quando agitur de valore testamenti vel favore religionis, uti habet cum aliis multis Barbofa. Item quando agitur de potestate clavium & jurisdictione Ecclesiæ. Item quando minùs probabilis sententia favet piæ causæ, uti teneant 20. Auctores apud Martham, teste Gob. in clypeo p. I. n. 175. Addit Carden. in I. crisi d. 17., si sine

duæ sententiæ utrimque probabiles, una pro, altera contra immunitatem Ecclesiasticam, legem pro immunitate censi debere favorabilem, & legem contra immunitatem esse odiosam, ideóque hanc restringi & illam semper ampliari debere, ac consequenter opinionem probabilem pro immunitate fieri velut certam & esse omnino sequendam. Denique de pœnitentia c. 2. ad dub. 6. ostendam, ubi sunt opiniones utrimque probabiles, per se loquendo, operandum esse potius secundum benignam.

461

Q. 58. *Ex quibus præcipuè libris vel Auctoribus solvenda sint dubia conscientia.* R. *Iansenius* in Augustino l. proœm. c. 9. col. 24. sic habet, *arbitror S. Scripturæ libris, Conciliis, & primorum sæculorum PP. nos contentos esse debere: Havermans* apud *Fierlandt* c. 3. §. 3. idem dicit, & lectionem Theologorum Scholasticorum ac Moralium reprobat, quia, inquit, *antequam prodirent hi Auctores, debuerunt in Ecclesia Confessarii resolvere similes casus, ergo & nunc possunt sine illis.* *Elix.* 1. 6. q. 15. & 16. fulissimè contendit lectionem Scripturæ & Sacrorum librorum maximè necessariam esse Theologi Moralibus, eos autem libros Casistarum nequidem legendos esse, qui sua non probant ex libris istis sed ex puro suo ratiocinio: Et q. 17. contendit solam

462

perfectumque Theologum Moralem. *Contrà* est *I.* Etiam antequam SS. PP. essent, antequam esset *S. Augustinus* aliúsve Ecclesiæ Doctor, fuere Confessarii in Ecclesia, qui resolverent casus conscientia, ergo & frustra legentur isti SS. PP. 2. Ante librum *Iansenii*, ante *Arnaldi* tract. de frequenti communione, ante tyrocinium *Havermanni*, ante methodum *Huyghens*, ante specimina moralia *Gabrielis* similésve libros, Confessarii resolverunt casus, ergo & illi libri